Lichenes in Brasilia a Glaziou collecti.

Exposuit W. Nylander.

Cl. von Krempelhuber determinandos submisit Lichenes a Domino Glaziou prope Rio Janeiro et in Serra dos Orgaos, montibus vicinis, collectos. Rationem hic dare liceat examinis mei, omissis rebus optime pro Brasilia cognitis. Ex expositione hac liquet, collectionem, de qua agitur, multa nova insigniaque Lichenographiae Brasiliensi addenda offerre. Exceptis speciebus quattuor primis, fere omnes ceterae sunt corticolae.

1. *Cladonia fimbriata* Hffm., carpophora minor.

2. *Cladonia substraminea* var. *Brasiliensis* Nyl., distincta podetiis sat parce squamulosis, scyphosis, bis terve proliferis, cortice saepius granulato-inaequali.

3. *Cladina rangiferina* var. *crispatula* Nyl. Subsimilis Coem. Clad. Belg. no. 136, sed major, thallo albido (magis albicante) et hydrate kalico mox flavescente. Variat tenuior.

4. *Stereocaulon mixtum* Nyl.

5. *Parmelia cervicornis* Tuck.

6. *Parmelia pluriformis* Nyl. Syn. p. 381. Scilicet thallo laevi aut rugoso lobis multifidis profunde incisis („faciei fere *P. physodis*"), medulla hypochlorite calcico erythrinice tincta. Sporae longit. 0,011—16 millim., crassit. 0,008—0,010 millim.

Sed l. c. (e Minas Geraes) admixta est alia species, dicenda *P. subumpta*, cui thallus pallidus vel pallido-glaucescens scrobiculose inaequalis, lobis crenatis, medulla hypochlorite calcico non tincta; sporae longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,007—9 millim.

7. *Sticta damaecornis* f. *subdiluta* Nyl. Subsimilis *St. sinuosae*, sed thallo nonnihil rugoso-inaequali (et rudiusculo e punctis vel punctulis concoloribus sat crebre sparsis parum prominulis et interdum in pilos minutos setuliformes albicantes abeuntibus), subtus ochraceo-pallidus rhizinis subnigrescentibus non confertis

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0119-7

(versus centrum vel basin confertis). Apothecia obscure rufa, margine thallino pallido-testaceo rugoso subcrenato (lateribus obsolete albo-puberulo). Sporae 1—3-septatae, longit. 0,030—36 millim., crassit. 0,008—0,010 millim.

In variis formis *Stictae damaecornis* [1]) thallus observatur laeviter rudiusculus vel hinc inde punctato-scabrosulus.

8. * *Sticta subsinuosa* Nyl. Similis *St. sinuosae* et fere nimis accedens, at sporis (3-septatis) majoribus, longit. 0,040-56 millim., crassit. 0,006—0,010 millim. (in *St. sinuosa* 1—3-septatae, longit. 0,025—32 millim., crassit. 0,006—9 millim.), rhizinis pallidis (aut fuscis), inspersis aliis subnigrescentibus versus lobos extremos vel ambitum praesertim visibilibus.

9. * *Sticta diluta* DN. (ex ipsius specimine). Subsimilis *Stictae sinuosae*, sed thallo glauco-virescente aut glauco-pallescente (crassit. 0,10—0,15 millim.) obsolete scrobiculoso-inaequali, subtus nudo aut subnudo; apothecia laete rufa (latit. circiter 1,5 millim.), receptaculo juniorum albo-pilosulo; sporae 1—3-septatae, longit. 0,030—35 millim., crassit. 0,008—9 millim.

Gonidia diam. 0,005—7 millim. Observatio autem est generalis haud praetervidenda, gonidia in ambitu vel summo margine minora esse quam in ceteris partibus thalli, ita ut ea marginalia apud certas Stictas fere duplo minora conspiciantur quam alibi sunt in eodem thallo.

10. * *Sticta laciniata* Sw. [2]). Non specie distinguenda videtur a *St. damaecorni*. Thallus crassit. 0,3—0,4 millim. Gonidia diam. 0,004—6 millim.

11. *Physcia exilis* Mich.

---

1) ***Sticta caperata*** Bor. species videtur rite distincta sporis suis 1—5-septatis (longit. 0,040—60 millim., crassit. 0,008—0,012 millim.), in insula Borbonia et Madagascar obvia; var. ***javanica*** Nyl. (*St. patula* v. d. Bosch. Lich. Jav. p. 14, non Del.), thallo rufo-fuscescente, apotheciis sparsis, in Java et in ins. Philippinis (coll. Cuming. no. 2176). — Longissime autem separanda est ***Sticta macrophylla*** Bor., Del., nam ea est *Stictina*, quae solum cognita est ex ins. Borbonia, Mauritio et Madagascar, locumque habet prope ***Stictinam quercizantem;*** var. ***speirocarpa*** Nyl, apotheciis sparsis, in Nova Hollandia obvenit. Etiam fere distinguenda est specie a ***Sticta damaecorni St. plumbea*** Del. gonidiis majoribus (diam. 0,006—0,010 millim.). In ***Sticta dichotoma*** Del. adsunt cephalodia endogena, stratula formantia in infera parte medullae sparsa et supra corticem inferum thalli intus disposita.

2) Distinguatur ***Sticta Orizabana*** Nyl., thallo lurido-fuscescente, gonidiis nonnihil majoribus (diam. 0,006—9 millim.), in Mexico lecta a Fr. Müller. Minus vero differt a *St. laciniata*, nec sit nisi varietas, *St. patula* Del., thallo dilatato; datur e Chimborazo in Spruce Lich. Amaz. And. no. 92.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0120-8

12. *Physcia crispa* [Pers.] [1]).

13. *Pannaria asterella* Nyl. Thallus plumbeus vel plumbeo-coerulescens tenuis crenato-squamulosus subimbricatus, ambitu planus radiato-laciniosus pterygioideus, subtus albidus (rhizinis concoloribus parcis); apothecia testaceo-rufescentia vel fuscescentia plana (diam. 1 millim. vel minora) immarginata, basi ciliis aliquot albidis horizontaliter circumradiata; sporae 8nae incolores globulosae, diam. circiter 0,004 millim. (in thecis clavatis), paraphyses crassulae. Jodo gelatina hymenialis coerulescens (thecae apice intensius tinctae).

Species parva leptogioidea facie affinis *P. stellatae* Tuck., cui apothecia ciliata (sporae non visae). Affinis etiam *P. blepharophorae* (Bél.), quae differt thallo crenulato-squamuloso non astroideo-radiante, etc.

14. *Pannaria nigro-cincta* (Mnt.). Sporae longit. 0,016—25 millim., crassit. 0,007—9 millim.

15. *Coccocarpia molybdaea* f. *cronia* Tuck.

16. *Erioderma Wrightii* var. *limbatum* Nyl. Thallus cinereus vel cinereo-fuscescens lobato-laciniatus depresso-tomentosus (lobis latit. 8—14 millim.), passim margine sorediis caesiis subgranulatis crassiuscule limbatus, subtus fusco-vellereus ambituque albido albo-villoso. Sterile.

Facie Peltigerae cujusdam „aveniae." Multo majus quam *E. Wrightii* Tuck. Cubense, sed vix specie differre videtur. Exemplum etiam hic habemus, analogum *Psoromati araneoso* neo-zelandico, thalli eximie foliacei, immo macrophylli, in serie tamen locum occupantis specierum, quae plurimae subcrustaceae vel omnino crustaceae sunt.

17. *Lecanora cerina* (Ehrh.).

18. *Lecanora Floridana* Tuck., socia *L. albellae* f. *chlaronae* (Ach.).

19. *Lecanora erythroleuca* var. *subcerina* Nyl. Differens a typo apotheciis cerinis vel cerino-ochraceis. Sporae longit. 0,022—25 millim., crassit. 0,010—13 millim.

20. *Lecanora versicolor* (Fée) et var. *vigilans* (Tayl.). Hujus

---

1) Memoretur hic *Physcia callosa* Nyl., similis *Ph. stellari*, sed thallo pallide albido cortice rugoso-cartilagineo, apotheciis receptaculo subcrenato, sporis longit. 0,011—20 millim., crassit. 0,005—7 millim., spermatiis cylindricis tenuioribus (longit. 0,005—6 millim., crassit. 0,0005 vel vix crassioribus); ad saxa arenaria in California, prope San Francisco, legit Bolander.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0121-4

varietatis formae apotheciis lividis et carneis vel rosello-carneis, sporis 2nis longit. 0,040—55 millim., crassit. 0,016—23 millim.

21. *Lecanora subfusca* var. *subcrenulata* Nyl.

22. *Lecanora multifera* Nyl. Sporae longit. 0,005—7 millim., crassit. circiter 0,002 millim.

23. *Thelotrema albulum* Nyl. Thallus albus tenuis opacus; apothecia incoloria parva, extus prominentia levi, margine firmulo et ostiolo minuto (diam. 0,1—0,2 millim.) indicata; sporae 8nae incolores oviformi-oblongae 4-loculares, longit. 0,013—16 millim., crassit. 0,006—7 millim. (iodo violacee tinctae).

Affine *Thelotremati myriotremoidi* Nyl. Lich. exot. p. 221, quod vero mox distinguitur thallo albido-flavescente vel glauco-flavescente et sporis minoribus (longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim.).

24. *Thelotrema olivaceum* Mnt.

25. *Thelotrema Auberianoides* Nyl. L. N. Gran. 2, p. 43. Sporae 8nae incolores 6—8-loculares, longit. 0,021—30 millim., crassit. 0,008—9 millim. (iodo violacee tinctae).

26. *Thelotrema trachodes* Nyl. Thallus glauco-cinerascens cartilagineo-obducens sat tenuis inaequalis et hinc inde isidiose papillosus (papillas breviusculas difformes proferens, crassit. circiter 0,2 millim., varieque spectantes), albo-punctatulus; apothecia albida rotundata (latit. circiter 1 millim. vel minus lata), nonnihil difformia, supra varie pertuso-composita, margine thallino firmo prominulo cincta; sporae 8nae incolores oblongae 8—10-loculares, longit. 0,027—37 millim., crassit. 0,010—11 millim. (iodo violaceo-coerulescentes).

Facie fere *Th. glyphici*, sed thallo passim papilloso-exasperato et sporis omnino aliis. Thallus crassit. fere 0,2 millim.

27. *Thelotrema anamorphoides* Nyl. Thallus glauco-cinerascens sat tenuis (crassit. vix 0,2 millim.) rugosus; apothecia albo-suffusa rotundata vel oblongo-difformia (latit. 1 millim. vel minora), supra foraminibus rimiformibus punctata, margine thallino firmo cincta; sporae 8nae fuscescentes oblongae simpliciter 4-loculares, longit. 0,011—15 millim., crassit. 0,007—8 millim. (iodo coerulescentes).

Accedit ad *Th. anamorphum* et *metaphoricum*, a quibus facile dignoscitur colore et sporis. Spermatia recta, longit. 0,0035—0,0045 millim., crassit. 0,001 millim.

28. *Thelotrema subcaesium* Nyl. Thallus albus vel caesio-albus tenuis (crassit. circiter 0,2 millim.) sublaevigatus, demum

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0122-0

profunde (vage areolatim) rimosus (areolis majusculis limitibus obtusis); apothecia incoloria parvula, extus prominentia thalli nulla aut obsoleta, ostiolo firmo (diam. 0,04—0,12 millim.), interdum oblongo et saepius vestigio annuli marginalis depressi cincto, aggregata; sporae 8nae incolores ellipsoideae transversim 4—6-loculares (loculis mediis demum medio divisis et loculis secundariis irregulariter saepe dispositis), longit. 0,016—20 millim., crassit. 0,010—11 millim. (iodo coerulescentes).

Accedit ad *Th. clandestinum*, sed differt variis notis, ut colore thalli et facie fere sicut in *Th. microporo*, sporis irregulariter loculosis, etc. Apothecia majora latit. usque 0,3 millim. Spermogonia extus punctulo nigro (latit. circiter 0,02 millim.) et levi protuberantia thalli indicata, intus incoloria (ostiolo solo obscurato vel fuscescente); spermatia recta, longit. 0,004 millim., crassit. fere 0,001 millim. vel nonnihil tenuiora. Gonidia oblonga vel difformia.

29. *Phlyctis Brasiliensis* Nyl. Similis *Phlycti Andensi* Nyl. (*Platygraphae phlyctellae* Nyl. olim), sed differt praesertim sporis tenuioribus (longit. 0,030—50 millim., crassit. circiter 0,0045 millim., rectiusculis vel parum flexis, 7-septatis. Jodo thecae solum dilute coerulescentes.

Thallus hydrate kalico non tinctus. Comparentur etiam *Phl. neo-zelandica* et *egentior* Nyl. e Nova Zelandia.

30. *Pertusaria leioplaca* (Ach.) et var. *trypetheliiformis* Nyl. (haec sporis 4nis, longit. 0,080—0,110 milim., crassit. 0,035—0,045 millim.

31. *Pertusaria tuberculifera* Nyl. minor. Vix est nisi varietas *P. leioplacae*. Sporae 6—8nae.

32. *Pertusaria Quassiae* (Fée).

33. *Pertusaria subcorallina* Nyl. Accedit facie externa ad *Isidium corallinum* Ach., sed verrucae thallinae apotheciorum fere ut in *P. leioplaca*. Sporae non visae evolutae, sed ni fallor thecae sunt monosporae. Thallus hydrate kalico nonnihil flavescit.

34. *Ascidium Domingense* Fée.

35. *Ascidium postpositum* Nyl.

36. *Ascidium depressum* (Mnt.). Sporae circiter longit. 0,200 millim., crassit. 0,038 millim.

37. *Lecidea Piperis* Spr. Sporae longit. 0,012—17 millim., crassit. 0,007—0,010 millim. Jodo gelatina hymenea coerulescens, dein thecae violacee tinctae.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0123-5

38. *Lecidea hypomela* var. *fimbriata* Nyl., thalli ambitu latiuscule albido-fimbriato (fimbriis congestis radiantibus fibrosis). Sporae longit. 0,018—23 millim., crassit. 0,008—0,013 millim.

39. *Lecidea livido-fuscescens* Nyl. Thallus sordide cinerascens (vel cinereo-subvirescens) tenuis opacus rugulosus rimosus; apothecia obscure livido-cinerea, vel fusco-nigra obscureque cinereo-suffusa aut nuda, plana marginatula aut convexa immarginata (latit. 0,5—0,9 millim.), intus nigricantia; sporae 8nae incolores fusiformes 3-septatae, longit. 0,011—17 millim., crassit. circiter 0,0025 millim., paraphyses non discretae, epithecium (cum thalamio) incolor, hypothecium crasse fusco-nigrum (altit. 0,20—0,25 millim.). Jodo gelatina hymenea coerulescens (thecae praesertim tum ita tinctae).

Arctissime affinis *L. lividofuscae* Nyl. Syn. L. N. Caled. p. 42, at sporae tenuiores longioresque, thalamium et reactio iodica nonnihil differentia. Hymenium altit. 0,05 millim. (l. c. pro „0,6" in definitione *L. lividofuscae* lege 0,06).

40. *Lecidea parvifolia* var. *fibrillifera* Nyl. Syn. L. N. Caled. p. 42. Sporae oblongae vel fusiformi-oblongae, longit. 0,007—0,011 millim., crassit. 0,0025—0,0030 millim.

41. *Lecidea corallina* Eschw. Brasil. p. 256. Fere varietas *L. parvifolia*. Thallus sordide glaucescenti-flavidus confferte fibrilloso-isidioideus (fibrillis crassit. 0,05—0,08 millim.); apothecia lurido-testacea; sporae oblongae (simplices), longit. 0,006—0,010 millim., crassit. circiter 0,002 millim.

Distinguenda est *L. haemophaea* Nyl. (data in Spruce Lich. And. no. 185, e Yurimaguas Peruviae) apotheciis sanguineo-infuscatis convexis et sporis longioribus (longit. 0,007—0,014 millim., crassit. circiter 0,002 millim.). Comparanda etiam *L. parvifolia* var. *fibrillifera*, quae propior est ad *corallinam*, quam ad *haemophaeam*.

42. *Lecidea subluteola* Nyl. Enum. Lich. p. 122. Thallus albus granulato-inaequalis subbyssinus determinatus (sat tenuis); apothecia livida (margine pallidiore) vel demum fusca planiuscula (latit. circiter 1 millim.), intus pallida; sporae 8nae aciculares 7—15-septatae, longit. 0,060—75 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim., epithecium vage violaceo-fuscescens. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein mox violaceo-rubescens.

Accedens versus *L. millegranam*, statim autem dignota thalli textura pro magna parte tomentosulo-byssina.

43. *Lecidea triphragmia* Nyl. f. thallo hydrate kalico flave-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0124-1

scente (flavo-tincto), sporis longit. 0,015—18 millim., crassit. 0,006-8 millim.

Affinis est *L. disciformi*, sed distinguenda: *L. dialyta* Nyl., cui thallus albus tenuissimus (passim subarachnoideus), hydrate kalico non tinctus; apothecia (nigra) ruguloso-scabriuscula parva (diam. circiter 0,3 millim.) convexula immarginata, intus concoloria, sporae (1-septatae) longit. 0,020—24 millim., crassit. 0,008—0,011 millim.; in California (Bolander), ad corticem *Pini contortae.*

44. *Opegrapha Bonplandiae* Fée., forma macula thallina fuscescente.

45. *Platygrapha dilatata* Nyl.

46. *Chiodecton sphaerale* Ach.

47. *Graphis scripta* Ach. Sporae incolores 8—10-loculares longit. 0,022—32 millim., crassit. 0,008 millim.

48. *Graphis striatula* Ach. Sporae 6—8nae incolores 10—16-loculares, longit. 0,035—58 millim., crassit. 0,009—0.011 millim.

49. *Graphis scalpturata* Ach. et var. *supposita* Nyl., differens hypothecio (tenui) infuscato. Etiam var. *plurifera* Nyl., sporis 4—8nis.

50. *Graphis inusta* Ach.

51. *Graphis lecanographa* Nyl. Thallus albus tenuissimus vel macula alba punctato-inaequali indicatus; apothecia atra vel nigricantia prominula rotundata plana submarginata (latit. 0,5—0,7 millim.), margine thallino albo subcincta; thecae monosporae, sporae dilute nigrescentes oblongae murali-divisae, longit. 0,115—0,150 millim., crassit. 0,045—0,050 millim. (iodo intense coerulescentes), epithecium vage et perithecium obscurata, hypothecium incolor.

Facie fere Lecanorae bene distincta species. Potius sit *Graphis* (stirpis *dendriticae*) quam *Thelotrema.*

52. *Graphis sophistica* Nyl.

53. *Graphis dealbata* Nyl. Similis *Graphidi componenti* Nyl. Lich. N. Gran. 2, p. 132, sed thallo tenui albo subopaco et hydrate kalico flavescente. Forsan sola subspecies. Thecae monosporae, sporae incolores oblongae murali-divisae, longit. 0,070—0,095 millim., crassit. 0,020—32 millim. (iodo coerulescentes). Hypothecium nigricans aut alibi subincolor. Pertinet *Gr. dealbata* ad stirpem *Graphidis rigi dae.*

54. *Grapsis rigida* f. *Acharii* (Fée). Sporae 1—8nae in thecis (ejusdem apothecii), longit. 0,055—0,125 millim., crassit.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0125-7

0,011—25 millim. Thecae monosporae, disporae et octosporae haud raro juxta-positae conspiciuntur in thalamio.

Gr. rigida var. *ochroleucodes* Nyl. Thallus albus tenuis. Apothecia albido-ochracee suffusa striatula, sporis 4—8nis, longit. 0,060—0,120 millim., crassit. 0,014—23 millim. (demum iodo violaceo-coerulescentes). Lignicola.

Gr. rigida var. *interducens* Nyl. Subsimilis var. *subducenti* Nyl. L. N. Grun. 2, p. 133, at thallo albo et sporis 1—2-nis fusiformi-oblongis, longit. 0,070—0,110 millim., crassit. 0,017—33 millim. (in var. *subducente* sporae sunt ellipsoideo-oblongae, breviores).

55. *Graphis vernicosa* var. *hyperbolizans* Nyl. Variant ei apothecia nonnihil striatula vel substriatula.

56. *Graphis sphaerosporella* Nyl. Thallus glaucescens sat tenuis verniceus obducens; apothecia caesio-pruinosa mediocria flexuosa subdendritico-divisa, demum epithecio planiusculo (latit. 0,2—0,4 millim.) marginata (margine albido, saepe circumscisso); sporae 8nae (uniseriales in thecis) incolores subglobosae vel subgloboso-ellipsoideae (seriebus duabus biloculosae, inde loculis 4) parvae, longit. 0,008—0,010 millim., crassit. 0,007—9 millim. (iodo demum coerulescentes), epithecium albo-granulosum, hypothecium fusco-nigricans sat tenue.

Pertinet ad stirpem *Gr. dendriticae* et facillime inter congeneres dignoscitur sporis peculiaribus (eaedem in *Gr. instabili* comparanda multo majores magisque compositae). Hymenium altit. 0,10 millim.; hypothecium infuscatum crassit. circiter 0,02 millim. vel etiam tenuius; perithecium incolor.

57. *Graphis allosporella* Nyl. Similis priori, sed apotheciis minus latis (latit. 0,15—0,30 millim.), sporae ellipsoideae seriebus 4 transversis loculosae (scilicet loculo 1 in utroque apice et loculis 2 mediis saepissime medio interruptis), longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,006—7 millim. Hypothecium infuscatum, crassit. 0,05 millim. Sporae formae fere sicut in *Gr. aggregante* et *Gr. dimorphode*, sed minores, et affinitas maxima cum *Gr. sphaerosporella*.

58. *Graphis leprocarpa* Nyl. L. N. Gran. 2, p. 85, thecis monosporis, sporis longit. 0,040—58 millim., crassit. 0,012—16 millim. (iodo non tinctis). Fere *Thelotrema*.

59. *Graphis cometia* Fée. Thallus hydrate kalico flavescit.

60. *Graphis reniformis* Fée (spermogoniis frequentibus).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0126-3

61. *Graphis glaucescens* Fée, sporis demum fuscis 8—12-locularibus.

62. *Glyphis tricosa* Ach.

63. *Arthonia fissurinella* Nyl. Thallus albidus vel albido-cinerascens tenuissimus opacus subrugulosus indeterminatus vel subdeterminatus; apothecia incoloria albido-suffusa parvula (latit. 0,2—0,3 millim. fissuriniformia erumpentia lanceolata vel subangulosa, margine thallode suberecto circumcincta; sporae 8nae incolores oviformi-oblongae 5—9-septatae, longit. 0,024—36 millim., crassit. 0,008—0,010 millim. Jodo gelatina hymenialis vinose rubens (praecedente quadam coerulescentia).

Species facie fissurinea facillime agnoscenda. Apothecia longit. 0,5—1, 5 millim. [1])

64. *Verrucaria eminentior* Nyl., sporis longit. 0,065—0,105 millim., crassit. 0,025—36 millim.

Comparanda est *V. exocha* Nyl. neo-zelandica, cui sporae longit. 0,115—0,145 millim., crassit. 0,035—45 millim.

65. *Verrucaria alboatra* var. *detergens* Nyl. Thalli color albus evanescens, nec nisi circa apothecia visibilis. Sporae magnitudine variabiles, longit. 0,012—24 millim., crassit. 0,006—8 millim.

66. *Verrucaria diluta* Fée.

67. *Trypethelium triplex* Nyl. Thallus macula pallida vel testaceo-pallida indicatus; apothecia, in verrucis albis pulvinatis depressiusculis rotundato-difformibus (latit. 1—3 millim.) intus nigricantibus polycarpis inclusa, parva, perithecio integre nigro (latit. circiter 0,2 millim.); sporae 8nae fuscescentes fusiformi-ellipsoideae 4-loculares, longit. 0,016—22 millim., crassit. 0,007—8 millim.

Affine est *Trypethelio duplici*, mox autem differens stromate apotheciorum nigricante et solum supra tenuiter albo.

---

1) Definiatur hic obiter ***Arthonia chiodectella*** Nyl. in hb. Tuck. Thallus tenuissimus albido-glaucescens opacus; apothecia sordida vel lurido-cinerascentia minuta parum prominula plana maculatim aggregata, quavis macula apotheciali e pluribus constans apotheciis subrotundis (latit. circiter 0,2 millim.) albo-marginatis opacis subpruinosis, intus albidis; sporae 8nae oviformes 3-4-septatae, longit. 0,016—21 millim., crassit. 0,008 millim. Jodo gelatina hymenialis vinose rubens. Ad corticem in Louisiana. Species insignis apotheciis maculatim confluentibus vel aggregatis albo-marginatis quasi ***Chiodecton myrticolam*** minutum pallidum referens, maculis his cinerascentibus (latit. 0,5–1,2 millim.) passim invicem contiguis.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0127-9

68. *Trypethelium ochroleucum* (Eschw.).. Sporae longit. 0,023—26 millim., crassit. 0,08—9 millim. Spermatia cylindrica et utroque apice clavatula, longit. circiter 0,005 millim., crassit. vix 0,001 millim. Est *Tr. pallescens* Fée.

69. *Trypethelium scoria* var. *sordidius* Nyl., differens a typo stromatibus macrioribus, intus non flavis, sed ibi obscure fuscescentibus. Sporae longit. 0,021—25 millim., crassit. 0,07—8 millim.

70. *Trypethelium annulare* (Fée). Forma sporis longit. 0,047—55 millim., crassit. 0,015—17 millim. et halone conspicuo involutis.

72. *Astrothelium leucoconicum* Nyl. Fortasse varietas *A. conici* Eschw., differens apotheciorum verrucis albidis turgidis subhemisphaericis vel mastoideis (latit. saepe fere 2 millim.), sporis longioribus (oblongis 4-locularibus, longit. 0,060—75 millim., crassit. 0,021—22 millim.). Thallus glauco-cinerascens vel glauco-pallescens verniceo-maculiformis extensus rugosus.

Corrigenda.

p. 69, lin. 13: minutis lege munitis.
p. 81, lin. 17: summunt lege sumunt.
p. — lin. 20: conspicue lege conspicuae.
p. 85, lin. 8: a lege ad.

Anzeige.

Dr. **Hoppe's** prächtiges Herbar, 3253 Phanerogamen und 1961 Cryptogamen enthaltend (nähere Angabe in Flora 1867 S. 271) wird auch um das höchste Angebot unter 500 fl. R. W. bis Ende d. J. abgelassen.

Man wolle sich an die Besitzerin, Frau Hoch-Müller, k. k. Schuldirectors-Wittwe, oder Hrn. Dr. Sauter, k. k. Kreisarzt in Salzburg wenden. Die Redactionen botanischer Zeitungen werden ersucht, diese Ankündigung bald aufzunehmen.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0128-4

68. *Trypethelium ochroleucum* (Eschw.).. Sporae longit. 0,023—26 millim., crassit. 0,08—9 millim. Spermatia cylindrica et utroque apice clavatula, longit. circiter 0,005 millim., crassit. vix 0,001 millim. Est *Tr. pallescens* Fée.

69. *Trypethelium scoria* var. *sordidius* Nyl., differens a typo stromatibus macrioribus, intus non flavis, sed ibi obscure fuscescentibus. Sporae longit. 0,021—25 millim., crassit. 0,07—8 millim.

70. *Trypethelium annulare* (Fée). Forma sporis longit. 0,047—55 millim., crassit. 0,015—17 millim. et halone conspicuo involutis.

72. *Astrothelium leucoconicum* Nyl. Fortasse varietas *A. conici* Eschw., differens apotheciorum verrucis albidis turgidis subhemisphaericis vel mastoideis (latit. saepe fere 2 millim.), sporis longioribus (oblongis 4-locularibus, longit. 0,060—75 millim., crassit. 0,021—22 millim.). Thallus glauco-cinerascens vel glauco-pallescens verniceo-maculiformis extensus rugosus.

Corrigenda.

p. 69, lin. 13: minutis lege munitis.
p. 81, lin. 17: summunt lege sumunt.
p. — lin. 20: conspicue lege conspicuae.
p. 85, lin. 8: a lege ad.

Anzeige.

Dr. **Hoppe's** prächtiges Herbar, 3253 Phanerogamen und 1961 Cryptogamen enthaltend (nähere Angabe in Flora 1867 S. 271) wird auch um das höchste Angebot unter 500 fl. R. W. bis Ende d. J. abgelassen.

Man wolle sich an die Besitzerin, Frau Hoch-Müller, k. k. Schuldirectors-Wittwe, oder Hrn. Dr. Sauter, k. k. Kreisarzt in Salzburg wenden. Die Redactionen botanischer Zeitungen werden ersucht, diese Ankündigung bald aufzunehmen.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0128-4

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1869

Band/Volume: 52

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Lichenes in Brasilia a Glaziou collecti 117-126